Monseigneur

N. 35

In anterioribus meis literis, fusius omnia ratione prætensionis meæ apud S. R. Mtem, Illustrissimæ vestræ Excellentiæ jam perscripsi, ac etiam ante duas abhinc septimanas, subscriptam taliter recognitionem uti prætenditur, transmisi, in quantum S. R. Mtis expressa esset et non alia voluntas, ut juxta projectum modum, quod meum est recipere debeam, me voluntati Majestatis et in hoc conformare velle, ac tunc ultimò illam recognitionem extradere Illmam vestram Excellentiam rogavi; Nunc hic annecto adhuc quia Reverendissimus Nominatus Episcopus Livoniæ mihi dixit Illmam vram Excell: velle videre in quo esset differentia inter Nos, projectum provenientis mihi summæ, ac eæ quam Dn: Generalis Wackerbart intendit detrahere, cum specificatione venientium mihi, et formato ab eo contentationis meæ projecto, magnorum damnorum, quod etiam literis meis die 20. Decembris anni præteriti ad S. R. Mtem, imposueram ac Illma vra Excell: Majestati monstrare quoq velit, et fu,

224

túnis, specificè damna mihi emergentia Ill: Vrâ Excellea transmittam. Generalis Wackerbart interim mihi núper scripsit, si projectúm suúm non acceptarem, quod et pecúniam termini Festi Purificationis S. Mariæ Virginis mihi adimere velint, quod impedire Illma Excell: Vestra dignabitur quoniam jam declaravi, me conformatúrum volúntati Regiæ quamvis haud accordaverim úti subscribere debeo, sicuti et Dn Pflúgk et Wackerbart perscripsi, qui ad anteriores me referendo literas, Illrmâ Excell: Vestræ responsionem in dies expecto, ac omni venerationis cútû incessanter maneo,

Monseigneúr

de Votre Excellence

le treshumble tr[…]
obligé Serviteur
Ferdinand […]

Gedani die 4. Februarij
Aô 1711.

226

Celsiss.^mi Dux Curlandiæ d. 4 February 1711